



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXXV. Quâ ratione in cœnâ Domini cibaris, admoneris, & confirmaris, te realiter vnici illius sacrificij Christi in cruce oblatis, atque omnium eius bonorum participem esse?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

QVÆSTIO LXXIV.

*Suntne etiam infantes baptizandi?*

RESP. Omnino, idque necessitate *medij & precepti*. Nam cum æque ac adulti ad fœdus<sup>a</sup> & Ecclesiam Dei pertineant<sup>b</sup>; cumque ijs per sanguinem Christi, remissio *† peccati originalis*, & Spiritus Sanctus, fidei effector, non minus quam adultis promittatur<sup>c</sup>; per Baptismum Ecclesie Dei inserendi sunt, & ab infidelium liberis discernendi. Itidem *fermè* ut in veteri fœdere per Circumcisionem fiebat<sup>d</sup> *typice*: cut in nouo fœdere substitutus est Baptismus<sup>e</sup>, *gratiam efficienter conferens, ut instrumentum, non ut merum signum.*

† peccatorum

<sup>a</sup> Gen. 17. 7. 1. Cor. 7. 14. <sup>b</sup> Marc. 10. 14. 13. 16. <sup>c</sup> Act. 2. 38. 39. <sup>d</sup> Gen. 17. 12. 11. Col. 2. 11. 12.

RESP. Quod Christus me atque omnes fideles de hoc *† transubstantia. † fracto* pane edere, & de poculo *realis sanguinis* distributo bibere iussit in sui memoriam<sup>a</sup>, addita hac promissione, *non personali, sed tantum generali*; Primum, Corpus suum non minus certo pro me *& omnibus* in cruce oblatum & fractum, & Sanguinem suum pro me *& omnibus* tusum esse; quam oculis cerno, *† specierum panis † panem* Domini mihi frangi, & *\* Calicem be. † poculum* *mediationis* mihi communicari<sup>b</sup>: Deinde, animam meam non minus certo, *& realiter* ipsius Corpore, quod pro nobis crucifixum, & Sanguine, qui pro nobis tusus est; ad vitam æternam ab ipso *Sacramentaliter* pasci, quam *transubstantiatum* panem & vinum, symbola Corporis & Sanguinis Domini *& significantia, & efficientia gratiam*, è manu ministri accepta, ore corporis *& cordis* percipio<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> In quaestion. 77. <sup>b</sup> In quaestion. 77. <sup>c</sup> In quaestion. 77.

DE COENA DOMINI.

DOMINICA XXVIII.

QVÆSTIO LXXV.

*Quâ ratione in cœnâ Domini cibaris, admoneris, & confirmaris, te realiter unici illius sacrificij Christi in cruce oblatis, atque omnium eius bonorum participem esse?*

QVÆSTIO LXXVI.

*Quid est crucifixum Corpus Christi edere, & fustum eius Sanguinem bibere?*

RESP. Est, non tantum totam passionem & mortem Christi certa *† cum fide ac spe* amplecti, ac per id *in S. Synaxi* remissionem peccatorum *venialium*, robur & vitam æternam adipisci<sup>a</sup> posse: sed etiam *in usu digno Eucharistie* per Spiritum San-

† animi fiducia

S s etum,